

EKSAMEN I LAT2403 Romerske historieskrivere HØST 2013

Oppgaven består av 2 sider.

Tirsdag 17. desember (4 timer) **Ingen hjelpemidler**

Alle spørsmål skal besvares

1. Oversett følgende tekst fra Tacitus' *Annales*. I Roma holdes senatsmøte; idet vår tekst begynner, har senatet akkurat vedtatt guddommelige hedersbevisninger for den avdøde Augustus.

Versae inde ad Tiberium preces. Et ille varie disserebat de magnitudine imperii, sua modestia: solam divi Augusti mentem tantae molis capacem; se in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didicisse quam arduum, quam subiectum fortunae regendi cuncta onus. Proinde, in civitate tot inlustribus viris subnixa, non ad unum omnia deferrent: plures facilius munia rei publicae sociatis laboribus executuros. Plus in oratione tali dignitatis quam fidei erat; Tiberioque, etiam in rebus quas non occuleret, seu natura sive adsuetudine, suspensa semper et obscura verba; tunc vero nitenti ut sensus suos penitus abderet, in incertum et ambiguum magis implicabantur. At patres, quibus unus metus si intellegere viderentur, in questus, lacrimas, vota effundi; ad deos, ad effigiem Augusti, ad genua ipsius manus tendere, cum proferri libellum recitarique iussit. Opes publicae continebantur, quantum civium sociorumque in armis, quot classes, regna, provinciae, tributa aut vectigalia, et necessitates ac largitiones. Quae cuncta sua manu perscripserat Augustus addideratque consilium coercendi intra terminos imperii, incertum metu an per invidiam. Inter quae, senatu ad infimas obtestationes procumbente, dixit forte Tiberius se ut non toti rei publicae parem, ita quaecumque pars sibi mandaretur, eius tutelam suscepturum. Tum Asinius Gallus «interrogo», inquit, «Caesar, quam partem rei publicae



KANDIDATEN BES SKRIVE TYDELIG MED PENN

mandari tibi velis». Perculsus improvisa interrogatione, paulum reticuit: dein, collecto animo, respondit nequaquam decorum pudori suo legere aliquid aut evitare ex eo, cui in universum excusari mallet.

2. Beskriv kort hendelsene forut for det som beskrives i teksten.

3. Hvordan gjenspeiler teksten Tacitus' analyse av tronskiftet Augustus-Tiberius?